Digitized by Google



CLEMENS PP. XII.

Univerſis Chriſti-Fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUM, ſicut, accepimus Capitulum Generale Fratrum Eremitarum Ordinis S. Auguſtini Excalceatorum nuncupatorum in Eccleſia, ſeù Conventu ſub titulo Jeſus, & Mariæ de Urbe Fratrum Ordinis hujuſmodi tertia Dominica poſt Feſtum Paſchatis Reſurrectionis Dominicæ, benedicente Domino celebrandum ſit. Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, & ad augendam Fidelium religionem, & animarum ſalutem cœleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſti-Fidelibus verè pænitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui prædictam Eccleſiam Jeſus, & Mariæ, vel aliquam ex Eccleſiis Conventuum Fratrum Ordinis hujuſmodi ubique exiſtentibus Dominica prædicta, ac ſingulis actualis illius celebrationis diebus devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam ſemel dumtaxat omnium Peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus poſt celebrationem dicti Capituli Generalis minimè valituris. Volumus autem, ut ſi pro impetratione, præſentatione, admiſſione, ſeù publicatione præſentium aliquid, vel minimum detur, aut ſpontè oblatum recipiatur, præſentes nullæ ſint, quodque præſentium tranſumptis, ſeù exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ, ſeù Procuratoris Generalis dicti Ordinis munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die xxix. Januarii MDCCXL. Pontificatus Noſtri Anno Decimo.

D. Card. Paſſioneus.

ROMÆ, Typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ 1740.

Digitized by Google

Digitized by Google

58







CLEMENS PP. XII.

Univerſis Chriſti-Fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUM, ſicut, accepimus Capitulum Generale Fratrum Eremitarum Ordinis S. Auguſtini Excalceatorum nuncupatorum in Eccleſia, ſeù Conventu ſub titulo Jeſus, & Mariæ de Urbe Fratrum Ordinis hujuſmodi tertia Dominica poſt Feſtum Paſchatis Reſurrectionis Dominicæ, benedicente Domino celebrandum ſit. Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, & ad augendam Fidelium religionem, & animarum ſalutem cœleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſti-Fidelibus verè pænitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui prædictam Eccleſiam Jeſus, & Mariæ, vel aliquam ex Eccleſiis Conventuum Fratrum Ordinis hujuſmodi ubique exiſtentibus Dominica prædicta, ac ſingulis actualis illius celebrationis diebus devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam ſemel dumtaxat omnium Peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus poſt celebrationem dicti Capituli Generalis minimè valituris. Volumus autem, ut ſi pro impetratione, præſentatione, admiſſione, ſeù publicatione præſentium aliquid, vel minimum detur, aut ſpontè oblatum recipiatur, præſentes nullæ ſint, quodque præſentium tranſumptis, ſeù exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ, ſeù Procuratoris Generalis dicti Ordinis munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXIX. Januarii MDCCXL. Pontificatus Noſtri Anno Decimo.


D. Card. Paſſioneus.

ROMÆ, Typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ 1740.

Digitized by Google

Digitized by Google

58



CLEMENS PP. XII.

Univerſis Chriſti-Fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUM, ſicut, accepimus Capitulum Generale Fratrum Eremitarum Ordinis S. Auguſtini Excalceatorum nuncupatorum in Eccleſia, ſeù Conventu ſub titulo Jeſus, & Mariæ de Urbe Fratrum Ordinis hujuſmodi tertia Dominica poſt Feſtum Paſchatis Reſurrectionis Dominicæ, benedicente Domino celebrandum ſit. Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, & ad augendam Fidelium religionem, & animarum ſalutem cœleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſti-Fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui prædictam Eccleſiam Jeſus, & Mariæ, vel aliquam ex Eccleſiis Conventuum Fratrum Ordinis hujuſmodi ubique exiſtentibus Dominica prædicta, ac ſingulis actualis illius celebrationis diebus devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam ſemel dumtaxat omnium Peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus poſt celebrationem dicti Capituli Generalis minimè valituris. Volumus autem, ut ſi pro impetratione, præſentatione, admiſſione, ſeù publicatione præſentium aliquid, vel minimum detur, aut ſpontè oblatum recipiatur, præſentes nullæ ſint, quodque præſentium tranſumptis, ſeù exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ, ſeù Procuratoris Generalis dicti Ordinis munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die xxix. Januarii MDCCXL. Pontificatus Noſtri Anno Decimo.

D. Card. Paſſioneus.

ROMÆ, Typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ 1740.

Digitized by Google